Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dormire. Hoc enim prospecto melius clarebit. quam necessaria
ei dormitio fuerit. Quid igitur illi dormire fuit. Profecto illud quod
euangelista uult insinuare cum dicit. Maria autem conserua
bat omnia uerba hec conferens in corde suo. Iterumque repetens
alio loco dicit. Et mater eius conseruabat omnia uerba hec in corde
suo. Hoc erat dormire. scilicet oris custodiam habere. & se
cretum sibi commissum propter tempus quod malum erat manifestare. ne
perperet herodes de rege iudeorum quem natus erat ubi nam esset.
Itaque necessarium ualde fuit dilectam dormire. & inter uerbo
sas filias israhel nolle uigilare. Neque enim decerant eimodi
filie israhel que quam uisibenuole essent. nisi tamen scirent usque
quaque oportunam habere taciturnitatem. & idcirco non expe
diebat ut dilecta hec de secreta contemplationis somno sus
citata. communem se illis faceret. & ad respondendum eis eui
gilaret. Et si alii quippiam loquebantur. uerbi gratia pastores quos
aliqua duxisse certum est. aut enim euangelista & omnis qui audie
rant mirati sunt. & de his que dicta erant apastoribus ad ip
sos. & si inquam ut tunc et de incepsi propter multa mira que
facta sunt alii loquebantur. ipsam tacere & non inquietari.
concedebat. ne res nimis manifesta fieret. maiorem quippe
cutionis ipsa laborem sustineret quam fuit illa fuga. qua
in egypcum fugere oportuerat. Igitur adiuro uos filie
israhel ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam. quo
ad usque ipsa uelit. i. fortuitum ob firmo mentem dilecte ne
ante tempus loquendi denarret uobis. quod et quomodo sibi